



## **Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum anima cognoscat habitus in ipsa existentes per essentiam suam,  
vel per aliquam similitudinem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Ad xv. dicendum, quod illa obiectio procedit de notitia animæ, qua cognoscitur quantum ad naturam speciei in qua omnes communicant.

Ad xv. dicendum, quod cum mens intelligit seipsam, ipsa mens non est forma mentis, quia nihil est forma sui ipsius: sed se habet per modum formæ, in quantum ad se sua actio terminatur qua seipsam cognoscit. Unde non oportet quod sit seipsa simplicior, nisi forte secundum modum intelligendi, in quantum id, quod intelligitur, accipitur ut simplicius ipso intellectui intelligente, sicut accipitur, ut perfectio eius.

Ad primum autem in contrarium dicendum, quod verbum Augustini est intelligendum, quod mens seipsam per seipsam cognoscit, quod ex ipsa mente est ei, unde possit in actu proficere, quo se actualiter cognoscit percipiendo se esse, sicut & ex specie habitualiter in mente recepta est in mente, ut possit actualiter rem illam considerare: sed qualis est natura ipsius mens, mens non potest percipere, nisi ex consideratione obiecti sui, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod verbum glossæ quod dicit, quod intellectualis visio est res cernit &c. magis est referendum ad obiectum cognitionis, quam ad id, quo intelligit. Et hoc patet considerando ea, quod de alijs visionibus dicitur. dicitur enim in glossa eadem, quod per visionem corporalem videntur corpora, per spirituale vero visionem, imaginariam similitudines corporum, per intellectualem autem ea, quæ neque corpora sunt, nec similitudines. Si enim referatur quantum ad id quo intelligitur, tunc quantum ad hoc nulla esset differentia inter visionem corporalem, & spirituales siue imaginarias, quia et corporalis visio fit per similitudinem corporis: non enim lapis est in oculo, sed similitudo lapidis. Sed in hoc est dictarum visionum differentia, quod visio corporalis terminatur ad ipsum corpus, imaginaria vero ad imaginem corporis sicut ad obiectum. Et sic est cum dicitur quod visio intellectualis eas res continet, quæ non habent sui similitudines, quæ non sunt quod ipsæ, non intelligitur quod visio spiritualis fiat per aliquas species, quæ non sunt idem quod res intellectæ, sed quod visio intellectualis non terminatur ad aliquam rei similitudinem, sed ad ipsam essentiam rei. Sicut enim in visione corporali aliquis intuetur corpus, non ita quod inspiciat aliquam corporis similitudinem, quamvis per aliquam corporis similitudinem inspiciat, ita in visione intellectuali aliquis inspicit ipsam essentiam rei sine hoc quod aliquis inspiciat ipsam similitudinem rei, quamvis quandoque per aliam similitudinem illam essentiam aspiciat, quod etiam experimento patet. cum enim intelligimus animam, non constringimus nobis aliquod aliæ simulacrum quod intueamur, sicut in visione imaginaria accidebat: sed ipsam essentiam animæ consideramus, non tamen ex hoc concluditur quod ista visio non sit per aliquam speciem.

Ad tertium dicendum, quod verbum Philosophi intelligendum est de intellectu, qui est omnino a materia separatus, ut Commensurator ibidem exponit, sicut sunt intellectus angelorum, non autem de intellectu humano, alias sequeretur quod scientia speculativa esset idem quod res scita, quod est impossibile ut etiam ibidem Commensurator dicit.

Ad quartum dicendum, quod anima est sibi ipsi præsens ut intelligibilis, id est intelligi possit, non autem ut per seipsam intelligatur, sed ex obiecto suo, ut dictum est.

Ad quintum dicendum, quod anima non cognoscitur per aliam speciem abstractam a se: sed per speciem obiecti sui quod sit forma eius, secundum quod intelli-

git actu, unde ratio non sequitur.

Ad sextum dicendum, quod quamvis anima non sit sibi ipsi simillima, non tamen potest esse principium cognoscendi seipsam ut species intelligibilis, sicut nec materia prima, eo quod hoc modo se habet intellectus noster in ordine intelligibilem, sicut materia prima in ordine sensibilem, ut Commensurator dicit in tertio de Anima.

Ad septimum dicendum, quod anima est ratio cognoscibilitatis alijs, non sicut medium cognoscendi, sed in quantum per actum animæ intelligibiles efficiuntur res materiales.

Ad octavum dicendum, quod secundum hoc scientia de Anima, est certissima, quod unusquisque in seipso experitur se animam habere, & actus animæ sibi inesse, sed cognoscere quod sit anima, difficilissimum est, unde Philosophus ibidem subiungit, quod omnino difficilissimum est accipere aliquam fidem de ipsa.

Ad nonum dicendum, quod anima non cognoscitur per speciem a sensibus abstractam, quasi intelligatur species illa esse animæ similitudo, sed quia naturam speciei considerando quæ a sensibilibus abstracta hitur, inuenitur natura animæ in qua huiusmodi species recipitur, sicut ex forma cognoscitur materia.

Ad x. dicendum, quod lux corporalis non videtur per essentiam nisi quatenus sit ratio visibilitatis visibilium, & forma quedam dans esse eis actu visibile: ipsa enim lux quæ est in sole, non videtur nisi per similitudinem eius in visu nostro existentem. Sicut enim species lapidis non est in oculo, sed similitudo eius, ita non potest esse quod forma lucis quæ est in sole, sit ipsa eadem in oculo: & similiter lumen intellectus agentis per seipsum a nobis intelligitur, in quantum est ratio specierum intelligibilium, faciens eas intelligibiles actu.

Ad xi. dicendum, quod verbum illud Philosophi potest dupliciter exponi, secundum duas opiniones de intellectu agente. Quidam enim posuerunt intellectum agentem substantiam separatam unam de alijs intelligentijs, & secundum hoc semper actu intelligit, sicut alia intelligentia. Quidam vero ponunt intellectum agentem esse potentiam animæ, & secundum hoc dicitur quod intellectus agens, quandoque intelligit & quandoque non, quia causa quandoque intelligendi & quandoque non, non est ex parte eius, sed ex parte intellectus possibilis. In omni enim actu quo homo intelligit, conuenit operatio intellectus agentis & intellectus possibilis. Intellectus autem agens non recipit aliquid ab extrinseco: sed solum intellectus possibilis, unde quantum ad id, quod requiritur ad nostram considerationem ex parte intellectus agentis, non deest, quin semper intelligamus: sed quantum ad id, quod requiritur ex parte intellectus possibilis quod nunquam impletur, nisi per species intelligibiles a sensibus abstractas.

ARTICVLVS IX.

Utrum anima cognoscat habitus in ipsa existentes per essentiam suam, vel per aliquam similitudinem.

Nono queritur, utrum anima cognoscat habitus in ipsa existentes per essentiam suam, vel per aliquam similitudinem. & videtur quod per essentiam suam. 2. Cor. 12. super illud. Scio hominem &c. dicit glossa dilectio non aliter videtur præsens in specie, per quam est, & aliter absens in aliqua imagine sui similibi: sed quantum in mente cerni potest ab alio magis, ab alio minus, ipsa cernitur, ergo dilectio per essentiam suam, non per aliquam sui similitudinem a mente cernitur, & eadem ratione quilibet alius habitus, ergo &c. Quæst. disp. S. Tho. ZZ 2 ¶ 2 Præter.

margin notes on the left edge of the page, including 'D. 61', 'In solut ad garrin. p. 2. eodem. & in corp.', 'De anima', 'p. 87. 22.', '¶ 2 Præter.'

margin notes on the right edge of the page, including 'Com. 19.', 'i. de anima com. 4.', 'p. 87. 22.', '¶ 2 Præter.'

Cap. 7. 2. me-  
die tom. 3.

¶ 2 Præt. August. dicit 10. de Trini. quid enim tam cognitioni adest, quam quod menti adest? sed habitus animæ per sui essentiam menti adiunt. ergo per suam essentiam cognoscuntur a mente.

¶ 3 Præt. Propter quod vnumquodque, illud magis: sed habitus mētis sunt causā quare alia cognoscuntur, quæ habitibus sub sunt. ergo ipsi habitus per essentiam maxime cognoscuntur a mente.

¶ 4 Præt. Omne quod cognoscitur a mente per sui similitudinem, prius fuit in sensu, quam fuit in mente: sed habitus mētis nūquam fuit in sensu ergo a mente non cognoscuntur per aliquam similitudinem.

¶ 5 Præt. Quāto aliquid est propinquius menti, tanto a mente magis cognoscitur: sed habitus est propinquior potentia intellectiua mētis, quam actus, & actus quā obiectum. ergo mēs magis cognoscit habitū, quā actum vel obiectum: & ita habitū cognoscit per essentia suam & non per actus vel obiecta.

Cap. 24. &  
c. 1. in prin-  
tom. 3.

¶ 6 Præt. Aug. dicit 12. super Gene. ad literam, quod eodem genere visionis cognoscitur mēs & ars: sed mēs cognoscit per essentia suā a mente. ergo & ars per essentia suam cognoscitur, & similiter alij habitus.

¶ 7 Præt. Sicut se habet bonum ad effectum, sic verum se habet ad intellectum: sed bonum non est in affectu per aliquam sui similitudinem. ergo nec verū cognoscit ab intellectu per aliquam sui similitudinem. ergo cognoscit quicquid intellectus cognoscit per essentiam, & non per similitudinem.

Cap. 1. circa  
med. to. 3.

¶ 8 Præt. Aug. dicit 13. de Trini. non sic vñ fides in corde ab eo cuius est, sicut aīa alterius hominis ex motibus corporis vñ: sed eā tenet certissima scientia clamatq; conscientia. ergo secundū hoc scientia mētis tenet fidē, secundū quod conscientia clamat: sed conscientia clamat fidē secundū quod præsentia liter inest ei. ergo & secundū hoc scitur fides a mēte quod per essentiam suam præsentia liter menti inest.

¶ 9 Præt. Forma maxime proportionabilis est ei cuius est forma: sed habitus in mēte existētes sunt quā forma mētis. ergo sunt mēti maxime proportionabiles. ergo nostra mēs immediate eos cognoscit per essentia.

¶ 10 Præt. Intellectus cognoscit speciem intelligibilem, quæ in ipso est, non autem cognoscit eam per aliam speciem, sed per essentiam suam: quia sic esset abire in infinitum. Hoc autem non est, nisi quia species ipse intellectum formant: cum igitur similiter intellectus per habitus informetur, videtur quod eos per essentiam mens cognoscat.

¶ 11 Præt. Habitus a mente nō cognoscuntur nisi visione intellectuāli: sed visio intellectualis est eorum quæ per suam essentiam videntur. ergo &c.

Cap. 23. cir-  
ca princip.  
tom. 1.

SED CONTRA, est quod dicit Aug. 10. Confes. ecce in memoriæ meæ campis & antris & cauernis innumerabilibus atq; innumerabiliter plenis & innumerabilibus generibus rerū, siue per imagines, sicut omnium corporū siue per præsentiam, sicut artium: siue per nescio quas dā notiones, sicut affectionū animi, quas & cum animus non patitur memoria tenet. ex quo vñ quod affectiones animi cognoscantur non per sui præsentiam, & eadem ratione habitus virtutum, qui circa huiusmodi affectiones consistunt.

Cap. 17. cir-  
ca finem. 5.

¶ 2 Præt. Aug. dicit 11. de ciu. Dei. habemus alij sensum interioris hominis sensu isto. scilicet corporali præstantiorē, quo iusta & iniusta sentimus, iusta per intelligibilem speciem, iniusta per eius privationē: iusta autē & iniusta appellat habitus virtutū & vitiorū. ergo habitus virtutū per speciem nō per essentia cognoscuntur.

¶ 3 Præt. Nihil cognoscitur ab intellectu per essentia,

nisi quod præsentia liter est in intellectu. Habitus autem virtutum non sunt præsentia liter in intellectu: sed in affectu. ergo &c.

¶ 4 Præt. Visio intellectualis est præstantior quā corporalis. ergo est cū maiore discretione: sed in visione corporali species quæ aliquid vñ, semper est aliud a re quæ per ipsam videtur. ergo & habitus qui per visionem intellectualem videntur, non videntur a mente per essentiam: sed per aliquas alias species.

¶ 5 Præt. Nihil appetit nisi quod cognoscitur. sed appetitur ab aliquibus, qui ipsos non habent. ergo habitus illi cognoscuntur ab eis, non autem per essentiam suā. cū eos non habeat. ergo per sui speciem.

¶ 6 Præt. Hug. de sancto Vid. distinguit in nomine triplicem oculum, scilicet rationis, intelligentie, & carnis. oculus intelligentie est quo Deus inspicitur, & hunc dicit erutum post peccatum: oculus carnis quo ista temporalia videntur, & hic post peccatum integer mansit: oculus rationis est quo intelligibilia creata cognoscuntur, & hic post peccatum factus est lippus, quia in parte non totaliter intelligibilia cognoscimus: sed omne quod videtur tantū in parte non per essentiam cognoscitur. ergo &c.

¶ 7 Præt. Multo est Deus præsentior menti per essentia suā quā habitus, cū ipse sit cuiuslibet rei immensus: sed præsentia Dei in mente non facit quod mens nostra Deum per essentiam videat. ergo nec habitus per essentia videntur a mente, quāuis sint præsentiores.

¶ 8 Præt. Ad hoc quod intellectus qui est potentia intelligens actu intelligat, requiritur quod per aliquid reducatur in actum, & id est, quo intellectus intelligit actu: sed habitus essentia inquantum est præsentis menti, non reducit intellectū de potentia in actum, quia sic oporteret quandoque sunt præsentiores in anima quā actu intelligerentur. ergo habitus essentia non est id in quo habitus intelliguntur.

RESPON. Dicendum, quod sicut aīa, ita & habitus est duplex cognitio: vna, quæ cognoscit an habitus sibi inest, aīa, quæ cognoscit quid sit habitus. Hæc tñ duæ cognitiones circa habitus alio modo ordinantur, quæ circa animam. Cognitio n. quæ cognoscit se habere aliquid habitum, præsupponit notitiam, quæ cognoscit quid est habitus ille: non a. postquam scire me habere charitatē, nisi scia quod est charitas: sed ex parte aīa non est sic. Multi n. sciunt se habere animam qui nesciunt, quid est aīa. Cuius diuersitatis est hæc ratio, quia tam habitus quā animā non percipimus in nobis esse, nisi percipiendo actus eorum aīa & habitus sunt principia. habitus autē per essentiam suam est principium talis actus. unde si cognoscitur habitus prout est principium talis actus, cognoscitur de eo quid est, vt si sciam quod callus est per quā quis cohibet se ab illicitis cogitationibus in venereis existentiis, scio de callitate quid est: sed anima non est principium actuum per suam essentia, sed per vires suas. vnde de perceptis actibus alij percipitur in esse principium talium actuum, vnde motus & sensus, non tñ ex hoc natura aīa sentit.

Loquendo igitur de habitibus prout de eis sciuntur quia sunt, duo in eorum cognitione oportet attendere, scilicet apprehensionem & iudicium. secundū apprehensionem quidem oportet, quod eorum no- tina ex obiectis & actibus capiatur, nec ipsi possunt per essentiam suā apprehendi. Cuius ratio est, quia cuiuslibet potētia animæ virtus est determinata ad obiectum suum. vnde & eius actio primo & prin-

cipaliter

cipaliter

cipaliter

cipaliter

epialiter in obiectum tendit. In ea vero, quibus in obiectum tendit, non potest nisi per quandam redi- tionem. sicut videmus, quod visus primo dirigitur in colorem: sed in actum visionis suæ non dirigitur per quandam nisi redi- tionem, dum videndo colo- rem videt se videre. Sed ista reditio, incomplete quæ- dem est in sensu: complete autem in intellectu, qui redi- tione completa redit ad cognoscendum essen- tiam suam. Intellectus autem noster in statu viæ hoc modo comparatur ad phantasmata, sicut visus ad co- lores, ut dicitur in 3. de Anima, non quidem ut cogno- scat ipsa phantasmata ut visus cognoscit colores: sed ut cognoscat ea, quorum sunt phantasmata. vnde actio intellectus nostri primo tendit in ea, quæ per phan- tasmata apprehenduntur, & deinde redit ad actum suum cognoscendum, & ulterius in species & habi- tus, & potentias, & essentia ipsius mentis. non. n. co- paratur ad intellectum ut obiecta prima: sed vt ea, quibus in obiectum feratur. Iudicium autem de vno- quoque habetur secundum illud, quod est mensura illius. cuiuslibet autem habitus mensura quedam est id, ad quod habitus ordinatur. Quod quidem ad nostram cognitionem se habet tripliciter. Quandoque enim est a sensu acceptum vel visum, vel auditum, sicut cum vi- demus utilitatem grammaticæ vel medicinæ, vel au- dimus eam ab alijs, & ex hac utilitate scimus quid est grammatica vel medicina: quandoque vero est natu- rali cognitioni inditum, quod maxime patet in ha- bitibus virtutum, quarum fines naturalis ratio dicitur: quandoque vero est diuinitus infusum, sicut patet in fide, & spe, & huiusmodi infusis habitibus. Et quia etiam naturalis cognitio in nobis ex diuina illustratione oritur, in vtroque veritas increata consulitur. vnde iu- dicium, in quo completur cognitio de natura habi- tus, vel est secundum id quod sensu accipimus, vel secundum quod in creatura cõsumimus veritatem. In cognitione vero, qua cognoscimus an habitus nobis insit, duo sunt consideranda. habitualis co- gnitio & actualis. Actualiter quidem percipimus ha- bitus nos habere ex actibus habituum, quos in no- bis sentimus. vnde etiam Philo. dicit in 2. Eth. quod signum oportet accipere habituum superuenientem delectationem: sed quantum ad habituales cog- nitionem habitus mentis per seipsos cognosci dicun- tur. Illud enim facit habitualiter cognosci aliquid, ex quo aliquis efficitur potens progredi in actum co- gnitionis eius rei, quæ habitualiter cognosci dicitur. Ex hoc autem ipso quod habitus per essentiam suam sunt in mente, mens potest progredi ad actualiter percipiendum habitus in se esse, in quantum per ha- bitus, quos habet, potest prodire in actus, in quibus habitus actualiter percipiuntur. Sed quantum ad hoc differentia est inter habitus cognoscitiuæ partis, & affectiuæ, habitus enim cognoscitiuæ partis est prin- cipium, & ipsius actus, quo accipitur habitus, & etiã cognitionis, qua percipitur, quia ipsa actualis cog- nitio ex habitus cognitione procedit: sed habitus affe- ctiuæ partis est quidem principium illis actus, ex quo potest habitus percipi, non tamen cognitionis qua percipitur. Et sic patet quod habitus cognitiuæ, ex hoc quod per essentiam suam in mente consistit, est principium proximum suæ cognitionis: habitus au- tem affectiuæ partis est principium quasi remotum, in qua non est causa cognitionis, sed eius unde co- gnitio accipitur. Et ideo Aug. dicit decimo Con- fessionum, quod artes cognoscuntur per sui pæn- tiam, sed affectiones animæ per quasdam notiones.

**A** AD PRIMUM ergo dicendum, quod verbum illud glo- est referendum ad obiectum cognitionis, & non ad me- dium cognoscendum, quasi. scilicet dilectione cognoscimus ipsam dilectionis essentiam consideramus, non aliquam eius similitudinem, vt in imaginaria visione accidit. AD SECUNDUM dicendum, quod per rationem dicitur quod mens nihil melius nouit, eo quod in ipsa est: quia eorum quæ extra ip- sam sunt est necesse quod in se habeat aliquid, vnde in eorum notitia deuenire possit: sed in eorum quæ in ipsa sunt actuali cognitionem deuenire potest ex his, quæ penes se habet quibus etiam per aliqua cognoscatur. AD TERTIUM dicendum, quod habitus non est causa cogno- scendi alia, sicut quo cognito alia cognoscant, prout principia sunt causa cognoscendi conclusiones: sed quia ex habitu perficitur actus ad aliquid cognoscendum. **B** Et sic non est causa cognitorum quasi vniuoca, prout vniuoca est causa cognitionis alterius cogniti: sed quasi causa æquiuoca quæ eandem nominationem non recipit, sicut albo facit album, quibus ipsa non sit alba, sed est quo aliquid est album. Similiter etiam habitus in quantum huiusmodi non est causa cogniti- onis, vt quod est cognitum: sed vt quo aliquid est cog- nitum, & ideo non oportet quod sit magis cog- nitum, quam ea quæ per habitum cognoscuntur. AD QUARTUM dicendum, quod habitus non cognoscitur ab anima per aliquam eius speciem a sensu abstra- ctam: sed per species eorum quæ per habitum co- gnoscuntur, & in hoc ipso quod alia cognoscitur, & habitus cognoscitur vt principium cognitionis. AD QUINTUM dicendum, quod quibus habitus sit propin- quior potentia, quam actus: tamen actus est propin- quior obiecto, qui rationem habet cogniti, po- tentia vero habet rationem principij cognoscendi, & ideo actus per prius cognoscitur, quam habitus: sed habitus est magis cognitionis principium. AD SEXTUM dicendum, quod ars est habitus intellectiuæ partis, & quantum ad habituales notitias percipitur eodem modo ab habente, sicut & mens. s. per sui essentiam. AD SEPTIMUM dicendum, quod motus vel operatio co- gnitiuæ partis perficitur in ipsa mente. Et ideo oportet ad hoc, quod aliquid cognoscatur esse similitudinem aliquam in mente, maxime si per essentiam suam non coniungatur menti, vt cognitionis obiectum. Sed motus vel operatio affectiuæ partis incipit ab anima, & ter- minatur ad res: & ideo non requiritur in actu simi- litudo rei qua informetur, sicut in intellectu. AD OCTAuum dicendum, quod fides est habitus intellecti- uæ partis, vnde ex hoc ipso quod mens inest, mentis incli- nat ad actum intellectus in quo ipsa fides videtur au- tem est de alijs habitibus, qui sunt in parte affectiuæ. AD NONUM dicendum, quod habitus mentis sunt ei maxime proportionales, sicut forma proportio- natur ad subiectum & perfectio ad perfectibile: non autem sicut obiectum ad potentiam. AD X. dicendum, quod intellectus cognoscit specie intelligibilem non per essentiam suam, neque per aliquam specie: sed cognoscendo obiectum cuius est species per quandam reflexionem, vt dictum est. AD XI. dicendum est ex his, quæ in præcedenti questione dicta sunt. AD PRIMUM vero in præteritum dicendum, quod illa auctorita- te Aug. dist. signat triplicem modum cognoscendi. Quorum vnus est eorum, quæ sunt extra animam, & de quibus cognitionem hanc non possumus ex his, quæ in nobis sunt: sed oportet ad ea cognoscenda, vt eorum imagines vel similitudi- nes in nobis fiat. Alii eorum, quæ sunt in parte intellectiuæ, quod quæ per sui presentiam dicit cognosci, quæ ex eis est vt in Quæst. disp. S. Tho. ZZ 3 actum

In corp. art.

actum intelligendi exeamus, in quo actus ea sunt intelligendi principia, cognoscuntur, & ideo dicitur, quod artes per sui praesentiam cognoscuntur. Tertius modus est eorum, quae pertinent ad partem affectivam, quorum ratio cognoscendi non est in intellectu, sed in affectu: & ideo non per sui praesentiam, quae est in intellectu, cognoscuntur, sicut per immediatum principium: quia est habitus affectivus partis per sui praesentiam sunt quoddam remorum principium cognitionis, in quantum eliciunt actus, in quibus intellectus eos cognoscit, ut sic etiam possit dici quodammodo, quod per sui praesentiam cognoscuntur.

AD SECUNDUM dicendum, quod species illa per quam iustitia cognoscitur, non est aliud, quam ratio ipsa iustitiae, per cuius privationem iustitia cognoscitur: haec autem species, vel ratio non est aliquid a iustitia abstractum, sed id, quod est complementum esse ipsius ut specifica differentia.

AD TERTIUM dicendum, quod intelligere, proprie loquendo, non est intellectus, sed actus per intellectum, sicut nec calefacere est calor, sed ignis: per calorem: nec istae duae partes, intellectus & affectus sunt cogitanda in anima, ut formaliter distincta, sicut visus & auditus, quae sunt actus organorum. & ideo illud quod est in affectu, est etiam praesens animae intelligenti. unde anima per intellectum non solum redit ad cognoscendum actum intellectus, sed etiam actum affectus, sicut etiam per affectum redit ad appetendum & diligendum non solum actum affectus, sed etiam actum intellectus.

AD QUARTUM dicendum, quod distinctio, quae pertinet ad cognitionis perfectionem, non est distinctio, quae distinguitur quod intelligitur & quo intelligitur, quia sic divina cognitio, quae se cognoscit, esset imperfectissima: sed est distinctio, quae id, quod cognoscitur, distinguitur ab omnibus alijs.

AD QUINTUM dicendum, quod a non habentibus habitus mentis habitus ipsi cognoscuntur, non quidem illa cognitione, qua percipiuntur sibi inesse: sed qua cognoscuntur quid sunt, vel qua percipiuntur alijs inesse, quod non est per praesentiam: sed alio modo, ut dictum est.

AD SEXTUM dicendum, quod oculus rationis pro tanto dicitur esse respectu intelligibilium creatorum, quia nihil intelligit actu nisi accipiendo a sensibus, quibus intelligibilia sunt excellentiora. & ideo deficientes inveniuntur ad intelligibilia cognoscenda. Tamen ea quae sunt in ratione nihil prohibet, quin immediate inclinent per essentiam suam ad actus in quibus per essentiam intelliguntur, ut dictum est.

AD SEPTIMUM dicendum, quod quamvis Deus sit magis praesens menti nostrae quam habitus, tamen ex obiectis quae naturaliter cognoscimus, non ita perfecte essentiam divinam videre possumus, sicut essentiam habituum, quia habitus sunt proportionati ipsis obiectis & actibus, & sunt proxima eorum principia, quod de Deo dici non potest.

AD OCTAVUM dicendum, quod quis praesentia habitus in mente non faciat eam actualiter cognoscere ipsum habitum, facit tamen eam actu perfectam per habitum, quo actus eliciatur, unde habitus cognoscatur.

ARTICULUS X.

UTRUM aliquis possit scire se habere charitatem, DECIMO quaeritur, utrum aliquis possit scire se habere charitatem. & utrum quod sic quod non per essentiam videtur ab habente eam, ut Augustinus dicit, ergo &c.

¶ 2 Prae. Charitas in actibus suis praecipue delectationem causat: sed habitus virtutum moralium percipiuntur per delectationes quas in actibus virtutum causantur: patet per Philo. in 2. Eth. ergo &c.

¶ 3 Prae. Augustinus de Trinitate, magis quis fructus dilectionem qua diligit, quam frater quem diligit, fructus quem quis diligit, certissime non inquit, ergo &c.

¶ 4 Prae. Vehementior est inclinatio charitatis quam cuiuslibet alterius virtutis: sed alias virtutes aliquis scit sibi inesse certitudinaliter ex hoc quod inclinatur in actus ipsarum, habenti enim habitum iustitiae difficile est agere iniuste, facere vero iniuste facile, ut dicitur in 2. Ethic. & hanc facilitatem quibus in se percipere potest, ergo &c.

¶ 5 Prae. Philo. dicit in 2. Posterio. quod impossibile est nos habere nobis similes habitus & nos laetari in charitate est nobilissimus habitus, ergo incoveniens est dicere, quod habes charitatem nescias se habere eam.

¶ 6 Prae. Gratia est lux spiritualis: sed ab his qui luce perfunduntur, certissime hoc ipsum percipiunt, ergo ab habentibus gratiam certissime scitur, quod gratiam habent, & similiter dicendum est de charitate.

¶ 7 Prae. Veritas docet de omnibus necessariis ad salutem: sed habere charitatem est necessarium ad salutem, ergo habens charitatem scit se habere eam.

¶ 8 Prae. Secundum Augustinum in 1. de Trinitate nullus potest ignotum diligere: sed aliquis diligit in se charitatem, ergo &c.

¶ 9 Prae. Philo. dicit in 2. Ethic. quod virtus est certior omni arte: sed aliquis habens artem scit se habere eam, ergo & quando habet virtutem, & sic quando habet charitatem, quae est maxima virtutum.

SED CONTRA, Eccles. Nemo scit virtutem dignus sit odio vel amore: sed ille, qui habet charitatem, indignus amore divino. Prover. 8. Ego diligentes me diligo, ergo &c.

¶ 2 Prae. Nullus potest certitudinaliter scire quando Deus veniat ad habitandum in eo. Iob 9. Si venerit ad me, non videbo eum: sed per charitatem Deus inhabitat hominem, Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod aliquis habens charitatem potest ex aliquibus probabilibus signis coniectare se charitatem habere: ut pote cum se ad spiritualia opera paratum videret, & mala efficaciter detestaretur, & per alia quae charitas in homine facit, sed certitudinaliter nullus potest scire se charitatem habere, nisi ei diuinitus reueletur. Cuius ratio est, quia sicut ex praedicta quaestione apparet, cognitio, qua quis cognoscit aliquem habitum se habere, praecipue pertinet ad cognitionem, qua cognoscit de habitu illo quod est: quid autem est aliquis habitus, sciri non potest nisi de eo sumatur iudicium per id ad quod habitus ille ordinatur, quod est habitus illius mensura: hoc autem ad quod charitas ordinatur, est incomprehensibile, quia eius obiectum & finis est Deus, summa bonitas, cui charitas nos coniungit, unde non potest aliquis scire ex actu dilectionis quem in seipso percipit, an ad hoc pertingat ut Deo uiuat hoc modo, sicut ad charitatis rationem requiritur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod charitas per essentiam videtur, in quantum ipsa per essentiam suam est principium actus dilectionis, in quo utrumque cognoscitur: & sic est per essentiam suam est cognitionis principium, licet remotionem tamen oportet quod certitudinaliter percipiatur, quia actus ille dilectionis, quem in nobis percipimus secundum id, de quo est perceptibile, non est sufficientis

In corp. art.

In corp. art.

In corp. art.